

*Alberti Magni***Physica****Liber I, tractatus 1, capitulum 1 [...]**

Intentio nostra in scientia naturali est satisfacere pro nostra possibilitate fratribus ordinis nostri nos rogantibus ex pluribus iam praecedentibus annis, ut talem librum de physicis eis componeremus, in quo [1] et scientiam naturalem perfectam haberent [2] et ex quo libros Aristotelis competenter intelligere possent.

Ad quod opus licet non sufficientes nos reputemus, tamen precibus fratrum deesse non valentes, postquam multotiens abnuimus, tandem annuimus et suscepimus devicti precibus aliquorum ad laudem primo Dei omnipotentis, qui fons est sapientiae et naturae sator et institutor et rector, et ad utilitatem fratrum et per consequens omnium in eo legentium et desiderantium adipisci scientiam naturalem.

Erit autem modus noster in hoc opere

[1] Aristotelis ordinem et sententiam sequi et dicere ad explanationem eius et ad probationem eius, quaecumque necessaria esse videbuntur, ita tamen, quod textus eius nulla fiat mentio.

[2] Et praeter hoc digressiones faciemus declarantes dubia suborientia et suppletas, quaecumque minus dicta in sententia Philosophi obscuritatem quibusdam attulerunt.

Distinguemus autem totum hoc opus per titulos capitulorum,

[1] et ubi titulus simpliciter ostendit materiam capituli, significatur hoc capitulum esse de serie librorum Aristotelis,

[2] ubicumque autem in titulo praesignificatur, quod digressio fit, ibi additum est ex nobis ad suppletionem vel probationem inductum.

Taliter autem procedendo libros perficiemus eodem numero et nominibus, quibus fecit libros suos Aristoteles.

*Albertus Magnus***Physik****Buch I, Traktat 1, Kapitel 1 [...]**

Unsere Absicht ist in der Naturwissenschaft ist es, nach bestem Vermögen unseren Ordensbrüdern nachzukommen, die uns schon seit einer Reihe von Jahren bitten, ihnen ein Buch über die Natur zu verfassen, worin sie [1] einerseits die Naturwissenschaft vollständig in Händen halten und [2] woraus sie zugleich die Schriften des Aristoteles richtig verstehen könnten.

Obwohl wir uns nun einer solchen Aufgabe nicht gewachsen fühlten, konnten wir uns doch den Bitten der Brüder nicht versagen; wir haben, durch die Bitten einiger [von ihnen] umgestimmt, die oft abgelehnte Arbeit endlich zugesagt und unternommen, vor allem zur Ehre Gottes des Allmächtigen, der die Quelle der Weisheit, der Schöpfer, Ordner und Lenker der Natur ist, ferner zum Nutzen der Brüder und damit auch aller, die in diesem Buch lesen und Naturkenntnis sich erwerben wollen.

Wir werden nun in diesem Werke so verfahren,

[1] daß wir uns der Reihenfolge und Lehrmeinung des Aristoteles anschließen und alles zu seiner Erklärung Notwendige sagen, jedoch so, daß sein Text nirgendwo erwähnt wird.

[2] Außerdem werden wir durch Digressionen auftauchende Zweifel klären sowie Lücken in der Darstellung ergänzen, welche die Lehrmeinung des Philosophen manchen Leuten schwer verständlich gemacht haben.

Das ganze Werk werden wir durch Kapitelüberschriften einteilen.

[1] Wo die Überschrift lediglich den Inhalt des Kapitels angibt, bedeutet dies, daß das Kapitel zu der Schriftenreihe des Aristoteles gehört;

[2] wo dagegen die Überschrift anzeigt, daß eine Digression stattfindet, da ist das Kapitel von uns zur Ergänzung oder Beweisführung hinzugefügt.

Bei diesem Verfahren werden wir der Zahl und dem Titel nach ebenso viele Bücher verfassen wie Aristoteles.

Et addemus etiam alicubi partes librorum imperfectas et alicubi libros intermissos vel omissos, quos vel Aristoteles non fecit vel forte si fecit, ad nos non pervenerunt. Hoc autem, ubi fiat, sequens declarabit tractatus.

Cum autem tres sint partes essentialis philosophiae realis, quae, inquam, philosophia non causatur in nobis ab opere nostro, sicut causatur scientia moralis, sed potius ipsa causatur ab opere naturae in nobis, quae partes sunt

[1] naturalis sive physica et

[2] metaphysica et

[3] mathematica,

nostra intentio est omnes dictas partes facere Latinis intelligibiles. [...]

(Lateinischer Text: Editio Coloniensis, Bd. 4.1)

Manchmal werden wir auch Teile von unvollständigen Schriften, manchmal fehlende oder ausgelassene Schriften hinzufügen, sei es, daß Aristoteles solche nicht verfaßt hat, oder daß sie, falls er sie verfaßte, nicht auf uns gekommen sind. Wo dies aber geschieht, wird der folgende Traktat erläutern.

Da es aber drei wesentliche Teile der Realphilosophie gibt, – diese Philosophie, so behaupte ich, wird in uns nicht durch unsere Tätigkeit veranlaßt, wie die Ethik veranlaßt wird, sondern sie wird in uns eher durch die Tätigkeit der Natur veranlaßt, – welche Teile da sind

[1] die Naturphilosophie oder Physik,

[2] die Metaphysik und

[3] die Mathematik,

ist es unsere Absicht, alle genannten Teile den Lateinern verständlich zu machen.

*(Deutsche Übersetzung: Heinrich Ostlender,
Überarbeitung: Hanns-Gregor Nissing)*